Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

83

Tridentinis legitur: Id. Aug. Spoliti et Sociorum
ejus. S. Cassiani Martyris Imolensis ac Patroni
Brixinonensis. Martyrologium Romanum novis-
simum: Idibus Augusti. Apud Forum Sullæ
natalis S. Cassiani Martyris: qui cum adorare
idola noluisset, vocatis a persecutore pueris qui-
bus docendo exosus factus fuerat, data esteris fa-
cultas eum perimendi; quorum quanto infirmior
erat manus, tanto graviorem martyrii poenam
dilata morte faciebat. Concordant Martyro-
logia Adonis, Usuardi, Notkeri, aliaque. Neo-
cellense Ms. vetus ad Idus Aug. Eodem die sanc-
ti Cassiani Episcopi Sabionensis Ecclesiæ, cujus
natale est in Foro Sylla; qui cum ydola adorare
noluisset, ~~etc~~ vocatis pueris, quibus docendo ex-
osus fuerat, data est facultas eum perimendi.
Quorum quo infirmior manus, tanto et graviorem
Martyrii poenam dilata morte faciebat. Co-
ram ex ~~tu~~ hoc ipso die Martyrii eruditissimus
Princeps Antonius Corsinus colligit, S. Cassianum
~~non~~ ~~ann~~ idem Martyrium nequaquam conti-
gisse sub Juliano Imp. Nam cum ~~is~~ III Non. Oct.
anno ~~4~~ 361 Constantius Imp. obiisset: Julianus e Pannonia
Constantinopolim profectus, ibidem sequente an-
no XV Cal. Julii edictum edidit, ut scholæ litera-
rum ubique terrarum tollerentur, et magistri do-
cere prohiberentur. Quod edictum, cum, etiam in
Italia et Foro Sullæ usque ad Idus Augusti jam / tantillo tempore
promulgatum fuisse, incredibile sit: plane Cassia-
nus illo anno non est passus. Sed neque anno
363: utpote quo Julianus jam obiit VI Cal. Jul.
Vid. Eutropius l. 10. Ammianus l. 25. ~~De cultu S. Cassiani apud Boiantios ex instituto agit~~
~~Ciacconius~~
e antiquitatibus Sabionensis plura forte continet liber ille, de ~~vita Constant.~~
Burglehner t. III, l. 1. v. Seben: In einem sehr alten Buech,
in dem Trutzlichen Schatzgwelben zu Ynsprugg behal-
ten wiert, ist der Schatz halber vmb Seben, wie auch zugleich
wegen der Historien, so sich daselbsten begeben, ein discurs
befindten, so Anno 1245 gemacht vnd yber vil Jar her-
nach Herzog Leopolden ist y bergeben worden. Utinam
tevi hujus videret publicam!

Sub Constantino M. [illegible]
Paphnopatæ serm. de S. Joanne apud Surium, te-
stantur, sacrum Caput secundo inventum esse cum
signaculo Constantini Imperatoris.